



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

240. An peccata fornicationis inter regulares dicantur contra bonum publicum? Et an quando fornicatio committeretur semel, vel bis, tunc dici non debere vergere in perniciem publicam, & ita etiam in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

RESOL. CCXL.

An peccata fornicationis inter Regulares dicatur contra bonum publicum? Et an quando fornicatio committeretur semel vel bis, tunc dici non deberet vergere in perniciem publicam, & ita, etiam in casu fortiori de crimine nefando? Et an in his omnibus adhibenda sit correctio Fraternalis, quando speratur, ut in casu haresis & sollicitationis? Ex p. 3. tit. 2. Ref. 69.

tiam docet doctus, & amicus P. Bordon, nunc meritis Generalis sue Religionis, in Controuersis moralib. contr. 43. quest. 8. n. 33. Tum quia in Rituali Pauli V. de exequiis habetur, quod omnis Clerus, & alij qui debent interesse, ad Ecclesiam Parochialem, vel aliam iuxta loci consuetudinem conueniant: ergo etiam Canonici, cum non excipiuntur ibidem: in favorabilibus enim Canonici veniunt sub nomine cleri, vt docent, Sylu. verb. Clericus num. 1. Nald. ibid. Tum quia processiones funerales breuiori via inuendae sunt, ne Clerus dicatur vagari, vnde mortui recto tramite ad Ecclesiam regularem sunt referendi: Nald. Verb. Sepultura n. 13. Gaudent verb. exequia n. 25. referunt decilum. Processiones autem funerales non essent breuiores, si omnes accedere deberent primò ad cathedralem, postea ad Parochialem. Tum quia fati honorantur tenentes postremum locum etiam supra Parochium, vt decilum fuit, & refertur à Laur. tit. de funer. c. 3. n. 209. Ita Bordon. qui postea respondet ad argumenta Paroleti.

Sed vt verum fatear, vim magnam mihi infert contra P. Bordonum Epistola Sacrae Congregationis ad Episcopum Brittonensem, quam affert Parollettus tenoris sequentis.

Viene rappresentata à questa Sacra Congregat. la differenza che è fra il Capitolo di costì, & i Monaci dell' Abbazia intorno alla pretensione, che essi Monaci hanno di no esser obligati da andare alla Chiesa del Capitolo sudetto per cominciare da essa la processione ò accompagnamento de morti, madalpetate dentro la loro parochia oue stimano più commodo. E perche il solito è, che si radunino nella Catebrale, quando il Capitolo è inuitato al funerale, quindi è che questa Sacra Congregazione è venuta in lenso di scriuere à V. S. la presente lettera, perche faccia omninamente obseruare il solito, nè permeta sopra ciò nouità imaginabile. E sentendosi da questa resolutione grauata alcuna delle Religioni potia ricorrere à questa Sacra Congreg. dalla quale il può ripromettere ogni compimento di giustitia, che è quanto m' occorre è Dio la contenti. Romali 25. Giugno 1638.

Come fratello

Il Card. S. Onofrio.

C. Fachinetti Sec.

Bertinoro Vescouo, Capitolo dello Catebr.

Verum omnia superius dicta in aliquibus locis non obseruantur, vt Panorini in mea dulci patria, antequem ego ipse discederem in praxi minime deducebantur: videbam enim Regulares neque Ecclesiam parochialem adire, sed expectare in domo mortui Parochum vel Capitulum, quod fatore esse contra Rituale Pauli V. & declarationes Cardinalium, ideò nostram sententiam docet etiam in Regularibus P. Francisc. de Torano in Compendio ad Ministrum Generalem tit de Cadaueribus n. 5. vbi sic ait; Debent autem Regulares ad Parochialem Ecclesiam accedere, & exinde cum parcho ad domum, ex qua Cadauer est alportandum. Casu autem, quo Cadauer est Ecclesia repositi contingat, ad eandem Ecclesiam vbi repositum erit, conuenire debere, censuit Sacra Congregat. Episcoporum, & Regularium in vna Senogaliten. 25. Augusti 1616. Similiter Regulares monere ac expectare debent Parochum, quo requisito, & expresse venire reculante licet eisdem regularibus etiam ipso inuito, cadauera ad propriam Ecclesiam transferre 11. Decembr. 1615. Hucusque P. Franciscus de Torano.

§. 1. Quando crimina sunt contra bonum commune, potest iudex procedere per viam inquisitionis contra delinquentem particularem etiam si contra ipsum non sit aliqua probata infamia, & alij afferunt esse denuncianda sine praxia correctione fraternali; ideo multum scire conducit, an peccata carnis in Religionibus sint contra bonum commune. Prima opinio, quam ego teneo, affirmat, & tuetur Miranda in ordine iudiciali, tit. 1. quest. 11. articulo 2. conclusio. 2. Aldrete de Relig. discipl. inuenda lib. 1. cap. 5. §. 4. n. 29. Ioseph. de Sancta Maria in Tribum. Relig. tract. 2. cap. 3. §. 2. & alij. Secunda opinio negat, quam docet Rodrig. de ordine iudic. capit. 3. numer. 5. Spatharius in praxi corrig. Regular. tractat. 3. capit. 8. n. 9. & alij. Tertia opinio est media, & concordat duas precedenti, quam inuenies apud Ioan. Valerum in differ. vir. fori. vers. Inquisitio, differ. 1. numer. 6. vbi sic asserit. Peccata fornicationis in Religionibus, vbi timeri potest publicatio, puto vergere in damnum totius Religionis, iecus vbi est aedò secretum, & cum tali persona, vt verisimiliter creditur, nunquam detegi, & ita concordari possunt Miranda, & Rodrig. qui in hoc sunt contrarii: nam Miranda tenet vergere in damnum publicum, Rodrigue negat. Ita Valerius, quem sequitur Thomas à Iesu lib. de visis. Reg. tract. 1. cap. 12. numer. 6.

2. Notandum est tamè hic obiter primò, quòd etiam stando in prima sententia, quando fornicatio committeretur semel, vel bis, tunc dici non deberet vergere in perniciem publicam, & ita in casu fortiori de crimine nefando docet Pitigianus in praxi criminali Reg. 1. in addit. lit. A, in fine, sed in hoc casu consultatur prudens Confessarius.

3. Nota secundò cum Miranda locò citato quòd etiam stando in prima sententia, in his criminibus adhibenda est fraternalis correctio, quando speratur, quòd etiam in casu fortiori, nempe haresis, & sollicitationis, docent DD. quos ego ipse citavi in tract. de denunciationibus ref. 2. & ideo ponam hic verba Octauij Spatharij vbi supra in praxi de modo corrig. Regul. tract. 5. c. p. 3. numer. 3. sic asserentis: Ordinem præscriptum à Christo Domino in Evangelio circa correctionem fraternalis essentialissimum arbitror in Religionibus, vt milles dixi, & qui nunquam sine grauissima culpa omitti possit, quando est ei locus, & qui vniuersum seruetur; nam eo seruato, non essent in Religionibus tot controuersia, tot amulationes tot contentiones, tot persecutiones, tot mortales inimicitia, tot scandala, & præcluderetur aditus omnis, & omnis via inquietis, & maleuolis, & Religiones fruerentur summa pace, charitate summa, summa concordia, & summa Regulari obseruantia. Hæc Spatharius, quæ non procedunt, si in aliqua Religione quis circa hoc cederet iuri suo, vt supra probatum est de Societate Iesv.

Sup. in hõc infra in tr. 4. Ref. 54. à §. Quod si, & in Ref. 55. §. vlt. in in Ref. 62. signanter §. Sed circa.

Sup hoc in Ref. & §. 1. & Ref. 3. not. præsentia.

Quæ hic est in tit. 5. tr. 9. Ref. 1. §. Sed audiamus, & id ref. 4. & in a iis eius primæ not.

Sup in Ref. quæ hic est infra in tr. 4. Ref. 50. signatè in eius §. limitatur, &c.

RESOL. limitatur, &c.